



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,  
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,  
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non  
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

**Escobar y Mendoza, Antonio de  
Lugduni, 1652-1663**

Cap. 10. Circa Eucharistiæ Sacramenti Naturam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80513](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80513)



118

Specialissimam cum Christo & fidei peragitur unionem. Ioan. 6. *In me manet, & ego in illo.* Con-

sistit autem haec unio non solum in gratia habituali: remissione venialium, & praeservatione à mortalibus vi Sacramenti concessis: sed praecipue in vinculo charitatis, & mutuâ benevolentia, qua Christus hominem suo corpore ac sanguine saginatum prosequitur: & homo ipsum Christum, reliquosque fideles de eodem corpore ac sanguine Dominico participantes.

119

Fomite concupiscentiae moderari quis dubitet? Quia hoc Sacramentum est institutum ad praeservandum.

fusipientes à peccatis mortalibus: at huius praeservationis medium est, ardorem concupiscentiae mitigare. Non autem id pro omnibus conceditur occasionibus, sed iuxta Domini beneplacitum, nè cogamur affirmare, semel fusipientem digne Eucharistiam, nulla carnis posse pari tentamina; & quia hic effectus saepe

impeditur ob aliquod peccatum postea commissum, aut ob aliquam irreuerentiam Sacramento factam. Suar. d. 64. §. 1. Con. q. 79. a. 8. dub. vn. n. 62.

Promittitur denique accipientibus digne Eucharistiam resurrectionis, ac vitae aeternae. Profecto licet hic effectus sint omnibus de decedentibus in gratia promissi, specialiter communicantibus promittuntur, vtpote, qui sunt Christi per communionem specialia membra. Omnibus igitur rite communicantibus, & in gratia de decedentibus conceditur resurrectio, & vita aeterna non solum ob gratiam habitalem, in qua decessere, sed etiam ob Eucharistiam digne susceptam: idè què resurrectio, ac vita aeterna effectus est tum gratiae habitualis, tum Sacramenti. Suar. d. 64. sect. 2. Coninch q. 79. art. 8. dub. vn. Plura ex praefatis sententiis, quas inter receptores à cunctis Doctoribus annuero, speciali Problemate discutientur.

120

Digne communicantibus resurrectio ad vitam aeternam.

## SECTIO SECVNDA.

### De Eucharistiâ Sacramento Problemata.

#### CAPVT X.

#### Circa Eucharistiae Sacramenti Naturam.

#### PROBL. I.

De necessitate Sacrificij est, & non est Panis simul, ac Vini Consecratio.

121

Suppono, duplicem esse necessitatem, Sacramenti, & praecipui.

**D**UPLEX esse necessitatem, vnam Sacramenti, vel Sacrificij, qua sic aliquid exigitur, vt eo praetermisso valide non fiat Sacramentum, vel Sacrificium; alteram praecipui, qua sic aliquid petitur, vt eo omisso Sacramentum aut sacrificium valide, sed non licite conficiatur, suppono. Certè de necessitate Sacramenti, aut sacrificij non est, consecrati sunt utramque materiam Panis & Vini. Quia verba consecrationis Panis statim habent suum effectum ante Vini consecrationem. An verò de necessitate sacrificij sit, Panis ac Vini consecratio ambigitur.

122

De necessitate ad essentiam sacrificij, sed ad eius integritatem, cum sacrificium Christi cruentum possit per alteram tantum speciem representari. Quia hoc ipso, quod solus Panis, aut solum Vinum consecratur, ex vi verborum fit corpus exangue, vel sanguis vt separatus corpore, vnde per singulas consecrationes mors Christi indicatur: quamvis per utramque expressius representetur. Sic Nugnus 3. p. q. 83. art. 1. concl. 4. Bonac. d. 4. quest. ult. punct. 2. num. 7. Henriq. lib. 9. cap. 9. n. 10. Cassali. lib. 2. de sacrific. cap. 2. §.

123

De necessitate sacrificij necessitudo essentialem. Quia consecratio

habet rationem incurrenti sacrificij sub ratione mysticae maculationis, quatenus ex vi verborum Corpus & sanguis sacramentaliter separantur. At id non fit nisi per utriusque speciei consecrationem, quae separationem exprimit Corporis ac sanguinis, & ita representat expressè sacrificium cruentum. Ergo consecratio utriusque materiae simul constituit essentialiter rationem incurrenti sacrificij, quod expressè sacrificium cruentum representet. Ita Fagund. praecip. 1. lib. 3. cap. 5. num. 4. Valq. d. 2. 2. 3. c. 3. 4. & 5. Suar. d. 75. sect. 6. Coninch quest. 74. num. 3. Merati. de Euchar. d. 36. sect. 7.

Hoc probabilius puto quoad significationem mysticam, nam quoad significationem moralem quaelibet species habet essentialiter sacrificij rationem, quamvis partialem. Verum circa praesentem institutionem non potest offerri Mistae sacrificium, quin habeat utramque significationem, nempe mysticam, & moralem simul. Lege Auerlam de Eucharist. quest. 11. sect. 5.

124

Hoc quoad significationem mysticam probabilior reor.

#### PROBL. II.

Panem & Vinum simul consecrari, est, & non est praecipuum diuinum.

**P**RAECEPTUM diuinum non est, sed humanum, & Canonicum. Quia licet integritas Sacramenti, vel sacrificij requirat utramque materiam, essentia tamen Sacramenti saluatur in qualibet, & etiam sacrificij essentiali, iuxta probabilem praefatam Problemate proximo sententiam. Imò quatenus sacrificium essentialiter utramque requirat, non tamen constat praecipuum diuinum sacrificandi, quoties hoc Sacramentum conficitur. Sic Maior. in 4. dist. 9. quest. 3. ad 5. Palati. dist. 11. d. 3. Angel. & Tabignà V. Eucharistia 1. n. 20. Antonin. 3. p. tit. 1. §. 6. §. 2.

125

Praecipuum diuinum non

Non



126  
EJ. J. J. J.  
J. J. J. J.

127  
*W. aff. v.*

## PROBL. III.

*Potest, & non potest Pontifex dispen-  
sare, ut aliquandò liceat in altera  
solummodò consecrari specie.*

128  
Incl. Part  
for notes/

129  
Diffrosare  
pass.

130  
Hec prob.

*lims recor.*

PROBL. IV.

*Potest, & non potest materia consecranda  
coram Sacerdote non existere,  
sed à tergo statui.*

131  
Nō pote<sup>2</sup> ma-  
eria à tergo  
existere.

~ I 32  
Potest quidē.

I 33  
Primam s-  
tentiã sector.

PROBL. V.

*Sufficit, & non sufficit, materiam esse prae-  
sentem secundum aliquam partem,  
ut tota possit consecrari.*

134  
Sufficit.

UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



# 44 Theologiae Moralis Lib. X X.

quantitatem, satis erit videri secundum aliquam sui partem, vt tota materia sit moraliter consecranti praesens. Sic Vasq. d. 171. n. 25.

135

Non sufficit.

Quia proprie non est mihi praesens tota maris aqua, quamvis aliquam eius partem videam; licet enim in se corpus illud continuum sit, nihil tamen hoc refert ad humanam praesentiam. Vnde partes omnes aquae longe distantes sic absunt, ac si per se separatae confisterent. Debet ergo tota materia secundum omnes partes consecrabiles aliquo modo praesentia, seu moraliter esse praesens. Ita Suar. d. 43. sect. 5.

136

Autoris placitum.

Ego existimo, praesentiam vnus partis non reddere simpliciter praesentes omnes alias partes in quacumque distantia positas, vt possint per pronomen *Hoc* simpliciter dictum designari, quod probat Suarii fundamentum. Atramen si tota quantitas panis, aut vini contineatur iuxta debitam substantiam, etsi singulae partes non videantur, nec aliquo sensu per se, vel immediate percipi possint, omnes simul consecrari posse, quod probat P. Vasquez fundamentum: valetque pariter in cumulo panum, vel hostiarum; sufficit enim, vt pars cumuli sit sensibilis a consecrante hic & nunc, ve ita totus cumulus designetur per pronomen *Hoc*. Deservit practice haec doctrina, si quando quaedam pars hostiarum tempore consecrationis aliquo corpore interposito, nempe candelabro, vel Calice tegatur, vt valide omnes consecrentur. Annorauit apte Lugo Card. d. 4. n. 128.

## PROBL. VI.

*Materia Panis, & Vini est, & non est consecrabilis in qualibet maxima sine termino quantitate.*

137

Non est consecrabilis maxima sine termino quantitas materia.

Non potest Sacerdos valide quamlibet quantitatem consecrare, sed illam duntaxat quae sit ad fidelium usum accommodata. Quia cum Christus Dominus in sacramentis, & in Eucharistico praecipue sapienter omnia disposuerit, non est verisimile potestatem Sacerdotibus reliquisse, vt quamlibet quantitatem consecrare possent, nisi prout exigeret usus fidelium, in quorum vtilitatem hoc Sacramentum est institutum: alioquin non esset in aedificationem potestas. Sic Bonau. in 4. dist. 10. part. 2. artic. 1. quest. 4. Alens. 4. p. q. 10. memb. 4. art. 2. §. 6. Angel. Euchar. 1. n. 25.

138

Consecrabilis materia est.

Sacerdos ex parte suae potestatis, dummodo materia maneat intra debitam ipsius praesentiam valet quamlibet quantitatem sine termino consecrare. Quia in quavis maxima quantitate reperitur vera substantia Panis, & Vini, quam Fides docet, esse materiam consecrabilem per potestatem Sacerdotibus concessam; nec aliunde constat vlla traditione, vel autoritate, vel ratione, Christum Dominum potestatem huiusmodi ad certum terminum limitasse. Ita Vasq. d. 171. cap. 2. n. 6. Suar. dist. 43. sect. 8. Cardin. de Lugo d. 4. p. 120. Fagund. praec. 3. l. 2. c. 5. n. 3.

139

Hanc sententiam sequor.

Primam sententiam facile refello secundae haerescens. Quia licet ad hunc finem collata fuerit haec potestas, non tamen sic limitata fuit, ne redderetur incertus consecrationis valor, dum usus

fidelium non potest facile definiri. Quare licet Sacerdos consecrare velit in malum vltim, valet consecratio iuxta communem Ecclesiae sensum; & hoc prudentissime fuit institutum. Cum enim ex consecratione sine debito fine facta, nihil damni Christo proueniat, & magni referat, potestatem ministri certam esse, rationi valde consentaneum fuit, vt semper effectum haberet, quoties rite verba consecrationis proficerentur. Delinqueret vero lethaler Sacerdos, qui consecraret tantam quantitatem, quanta non posset opportuno tempore consumi. Vasq. legatur ibi.

## PROBL. VII.

*Sacerdos verè consecrat, & non consecrat hostias coram se positas in pyxide, vel in altari, quas initio Missae consecrandas suscepit: postea verò consecrationis tempore prorsus suis oblitus.*

Vidimus sect. 1. materiam consecrandam aliquo modo futuram esse certam & determinatam in particulari per consecrantis intentionem, nec aliter consecrationem valere. Quia non poterit demonstrari per pronomen *Hoc*, vel *Hic*, quam demonstrationem essentialiter exigit consecrationis forma. In casu igitur posito Sacerdos non consecrat. Quia non habet actu voluntatem explicitam consecrandi formas illas ob inaduertentiam: nec virtualem, nam haec procedere deberet ex actuali voluntate praeterita, consecrandi huiusmodi hostias; quod tamen in praesenti non contingit, nam prolatio consecrationis solum procedit ex voluntate celebrandi sacrum, cui sufficit consecratio vnus hostiae praemanibus habitae. Sic quidam Doctores apud Coninch. q. 74. n. 40.

Consecrat planè. Quia illa voluntas praecedens consecrandi illas hostias virtualiter perseverat, quatenus Sacerdos inchoauit Missam ex intentione consecrandi (imo tali concepta intentione ad altare processit) & Missam profectus est sine interruptione vsque ad consecrationem. Quapropter omnes actiones sequentes illam intentionem, ipsa quoque consecratio virtualiter ex illa intentione procedunt. Ita Henric. lib. 8. c. 14. n. 5. Reginald. l. 29. n. 25. Coninch. q. 74. n. 41. Nauar. c. 25. n. 92.

Idem assero, quando haec hostiae super aram existunt quia tunc habent illam praesentiam, quam iuxta morem Ecclesiae ad debitam ministri intentionem debent habere. Vnde abnegarim secundam fundamenti contrarij partem; licet enim actiones externae celebrandi Missam eodem modo procedere possent ex voluntate consecrandi tantum vniam hostiam quoad esse materiale: non verò quoad esse morale, siue quatenus sunt actus humani liberi.

## PROBL.



## Sectio II. De Eucharistiâ, Problemata. 45

### PROBL. VIII.

*Consecrat, & non consecrat Sacerdos hostias, quas consecrandas accepit, cum non sunt in corporali super aram, si consecrationis tempore tradidit oblationi.*

143 *Non consecrat.* Quia illa volitio præcedens, cuius virtute consecrandæ forent, dum oppositum manifeste non constat, præsumitur fuisse gerendi consecrationem legitimam: sed hæc petis, ut hostiæ consecrandæ sint in Corporali super aram: Ergo non extenditur ad hostias extra aram existentes, quæ non possunt ritè, ac legitime consecrari. Sic Suar. d. 43. sect. 6. Gauant. in Rubr. Missal. tom. 1. p. 3. tract. 7. n. 4. Dian. p. 3. tr. 6. resol. 103.

144 *Consecrat quidem, si in altari extra Aram existant.* Quia licet per se non sit voluntas Ecclesiæ, nec celebrantis, hostias extra Corporale, vel Aram positas consecrare: tamen supposito, quod hæc hostiæ fuerint consecrationi destinatae, & volitio non fuit retractata, sed per inadvertentiam locatæ fuere extra corporale vel aram: rationabiliter præsumitur, eam Ecclesiâ, quam Sacerdotem velle consecrari. Ità Tanner. 3. p. d. 5. q. 2. dub. 2. n. 7. 6. aliter sensus probabilis hanc sententiam existere.

145 *Ego quidem parti neganti adhareo, quam longe securiorem existimo; nam in secunda sententiâ saltem valde dubiam reor fore consecrationem.*

### PROBL. IX.

*Sacerdote prorsus inscio, quadam hostia consecranda super aram collocantur, quas celebrans non advertit antè consecrationem, sed post illam: Hæc quidem manent, & non manent consecrate.*

146 *Manent consecrate.* Quia recta Sacerdotis intentio, dum opposita non exprimitur, tendere præsumitur ad omnem materiam præsentem, quamvis sibi ignotam. Sic Nuñus 3. p. 97. art. 2.

147 *Consecrate non manent.* Quia voluntas consecrati in incognitum non refertur, & per consequens intentio, vel actualis, vel virtualis, quæ concurrat ad illam consecrationem, non potuit in hostias nondum cognitâ ferri. Ità Coninch. q. 74. n. 39. Diana p. 2. tr. 17. resol. 19. Bonac. d. 4. q. 2. punct. 5. n. 8. & alij apud ipsos.

148 *Hoc mihi videtur probabilius.* Imò existimari Nuñum loqui in casu, quo Sacerdos posuit hostiam consecrandam, & alius eius loco apposuit aliam: tunc enim Sacerdos verè vult illam consecrare, quam habet præsentem.

### PROBL. X.

*Multis hostiis consecratis una non consecrata admiscetur: Potest, & non potest illam Sacerdos consecrare.*

149 *Potest consecrare.* Quia cum certò sciat, illam hostiam non consecratam in pyxide adesse, potest intendere consecrare quicquid est inibi panis non consecratum. Sic recentiores quidam apud Magistrum meum sapientissimum Franciscum de Lugo. tom. 1. de Sacram. in partic. l. 4. c. 1. q. 5. n. 44.

150 *Consecrare non potest.* Quia illa Hostia secundum talem statum designari non potest, ac proinde nec significari per pronomen demonstrativum *Hoc*. Vnde colligitur pro praxi, talem consecrationem fore dubiam, ac per consequens illicitam. Ità Card. de Lugo d. 4. n. 136. quem sequitur alter Lugo ex sanguine, ex Religione, ex sapientiâ Cardinalis verè germanus.

151 *Fateor cum Cardinali valde consecrari talem Hostiam, si Sacerdos intendat consecrare totum quod est in pyxide, sub conditione, si non est consecratum; tunc enim per illa verba loquitur de cunctis Hostiis ibi positis, licet solum sub conditione velit eas consecrare.* Verum addit non licere talem consecrationem, quia non subest illius necessitas, dum facilius vitetur inconueniens, dando singulis in communione duas ex illis particulis: sic enim certum esset, accipere singulos aliquam Hostiam consecratam. Attamen si plures Hostiæ non consecrate cum vnâ, vel cum multis consecratis misceantur, nec possent discerni: debent omnes sub conditione consecrari; quia tunc sufficiens necessitas subest: sicut quando gutta consecrata amphoræ vini non consecrati misceretur, feruari deberet totum, ut paulatim consecraretur. Monet sic Suar. d. 57. sect. 4. & Lugo citatus n. 39.

### PROBL. XI.

*Eucharistia est, & non est vnum specie atoma Sacramentum.*

152 *Non est vnum atoma specie Sacramentum Eucharistia.* Quia Sacramentum ex speciebus Panis & Corpore Christi specie differt à Sacramento ex speciebus Vini, & Dominico Sanguine. Sic Gloss. in capite Comperimus. de consecration. distinct. 2. Ausco. apud Capreol. distinct. 8. qu. 1. Gabriel. distinct. 8. quest. 2. artic. 2. Maior distinct. 8. quest. omni. Hæserunt esse duas Eucharistias specie distinctas.

153 *Vnum est specie atoma Sacramentum.* Quia vel non differt specie Sacramentum ex speciebus Panis, & Corpore Christi à Sacramento ex speciebus Vini & sanguine, ut aliqui volunt: vel si differt, est specie incompleta, & partiali. Ità Card. de Lugo d. 2. num. 1. Filiuc. tom. 1. tr. 4. n. 25. Bonac. d. 4. q. 1. punct. 4. Dicastil. tr. 4. de Euchar. d. 1. dub. 3. n. 54.

154 *Existimo differre quidem specie incompleta & partiali, sed ex hisce duabus speciebus partialibus*

FRANCISCO BAR  
Theol. Mor.  
Tom. II. IV.  
F. IV.



# 46 Theologiae Moralis Lib. X X.

ualibus non vnam speciem subalternam refultare; sed vnam speciem integram & totalem in finem, quemadmodum homo ex materia & forma refultat.

## PROBL. XII.

*Eucharistia Sacramentum fuit, & non fuit Mense Martio institutum.*

**155** *Non fuit institutum Mense Martio.* **N**on fuit institutum Mense Martio, sed primo vel secundo die Aprilis. Quia Mensis, in quo Christus est passus fuit Aprilis secundâ, aut tertiâ die. Ergo si pridie quam pateretur, Eucharistia institutioni Christus nauauit operam, id primâ, aut secundâ Mensis Aprilis die gessit. Sic Doctores non infirmâ notâ apud Hugoli. *l. de anno integro refect. cap. 13.* Roger. Bacon. Paul. de Muris, Abul. Lucidi. Pontac. & alij, quos refert Francolin. *de horis Canon. cap. 74. num. 21. & 22.*

**156** *Fuit Mense Martio institutum.* Eucharistia fuit instituta Martij Mense. Quia Christus Dominus fuit suffusus Mense hoc, die septima, aut decima octaua, aut vigesima, aut vigesima secunda, aut vigesima tertia, aut vigesima sexta, aut trigesima, iuxta varias Doctorum computationes. Ergo non fuit institutum Mense Aprilis, sed Martio. Ita Suar. *d. 4. i. initio.* Francol. citatus *cap. 74. à num. 8. & cap. 73. per totum.*

**157** *Hoc mense v. rosulim.* Longè probabilius existimo, Christum Dominum die vigesima quinta Martij obiisse, vnde necessariò Eucharistiam die vigesima quarta instituisse quis dubitet, si quidem pridie quam pateretur fuit instituta?



## CAPVT XI.

*Circa remotam Eucharistia materiam.*

## PROBL. XIII.

*Blatrâ seu Centeno potest, & non potest esse sufficiens Eucharistia materia.*

**158** *Potest in blatrâ consecrari.* **P**OTEST in Blatrâ consecrari. Quia triticeum essentialiter est, licet accidentaliter imperfectum. Sic D. Thomas *q. 74. art. 3.* Henric. *lib. 8. c. 9. num. 1. l. 1. r. 1. D.* Nunus in *3. p. quest. 74. art. 3. dub. 1.*

**159** *Non potest.* Haud potest consecrari in Blatrâ. Quia licet ex tritico per degenerationem generetur, semper tamen in aliam speciem degenerat. Ita Palati. Angel. Rosel. quos sequitur Suarez *dist. 44. sect. 1.*

**160** *Mens auctoris.* Ego autem existimo, grauius delicturum, qui talem panem consecraret, quia saltem dubia materia vteretur. Non ignoro Nunum *q. 72. art. 3.* asseruisse, licere eiusmodi consecrationem, si sit

grauis necessitas, v. gr. ne quis sine viatico moriatur, vel ne populus festo die sine Missa decedat. At ego pro sola Missâ auditione consecrare in Blatrâ minimè auderem: nec si moribundus aliud posset Sacramentum excipere; si tamen non posset, non improbarem consecrationem illam propter quasi extremam necessitatem.

## PROBL. XIV.

*Farina triticea aquâ rosacea, vel aliâ non naturali si subigatur: erit, & non erit apta consecrationi.*

**161** *Erit apta consecrationi.* **E**rit quidem. Quia Panis ita subactus est eiusdem speciei cum pane communi; nam aqua vel per coctionem exhalatur, vel si quid manet, non obest: porissima namque substantia Panis est Farina, quæ trahit illum liquorem ad suam naturam. Sic Caiet. *3. part. quest. 74. art. 7. Sa. ver. Missa. num. 4. & alij.* Qui ingenuè fatentur, grauissimè delicturum, qui talem panem consecrare auderet.

**162** *Apta non erit.* Minimè erit. Quia materia consecrationis est panis communis, & vsualis; sed panis communis, & vsualis, quem homines absolute panem vocitant, & communiter quasi comitem aliorum ciborum adhibent, sit ex farina triticea solum aqua naturali subacta. Ergo iste solus, non ille, erit consecrationis materia. Ita Henric. *l. 8. c. 9. n. 3.* Suar. *d. 44. sect. 2.* Coninch. *q. 74. n. 48.* Fagund. *præc. 3. l. 2. c. 1.* Layman. *Perfic. Viueri.* quos sequitur Diana *p. 6. ar. 7. resol. 18.*

**163** *Cum hi apti non.* Existimo, illum panem aqua rosacea, vel simili confectum forsam essentialiter differe à pane communi; nam alterum miscibilem diuersum est essentialiter, & æquè cõcurrit ad mixtum: nec ita exhalatur, quin multum illius materia maneat in pane, diuersum odorem ac saporem sensibus offerens. Carterùm si demus panem esse eiusdem speciei cum communi: tamen non est panis vsualis, qui communiter in alimentum sumatur. Et in hac materia non tam attendi debet vnitas, vel diuersitas ipsius specifica, quàm si iuxta communem vsum reputatur pro pane talis materia, necne. Disertè id docuit Cardinal. de Lugo *d. 4. sect. 1. num. 6. & Auerfa de Eucharist. question. 2. sect. 3.*

## PROBL. XV.

*Virgente necessitate potest, & non potest Panis aliquantulum corruptus consecrari.*

**164** *Potest in necessitate consecrari.* **S**CIO, Panem biscoctum, aut ita durum, vt mandari non possit, adhuc præbere consecrationi materiam, quia verè panis est. Quæsierim num panis aliquantulum ex antiqua duritie corruptum, aut alia ex causa sit materia consecrationis? Est quidem, si virgeat necessitas, v. gr. si morietur viaticum sit exhibendum. Quia extrema necessitas virget, sub materia consecrare indecens, vt proximi saluti prouideatur. Sic Coninch. *q. 74. n. 49.* Henric. *l. 8. c. 9. n. 2.*

Non